An. et vol. CXIV **5 Augusti 2022** **N. 8**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio*: Libreria Editrice Vaticana

ACTA FRANCISCI PP.

LITTERAE DECRETALES

I

Quibus beato Caesari de Bus Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis » (*Ps* 119, 105).

Beatus Caesar de Bus, penitus Domino coniunctus, doctrinae adipiscendae, orationi et Dei Verbo nuntiando vitam dicavit. Per planam, proximam familiaremque loquelam, doctrinam christianam tradidit, cupiens ut auditores non modo "eruditiores" fierent, sed "magis credentes".

Ortus die III mensis Februarii anno MDXLIV Cabellione Provinciae, qui tunc ad Statum Pontificium pertinebat, ex generosa familia, frequenti ac penitus christiana, domi primum est institutus, deinde apud collegium Iesuitarum Avenionense. Duodeviginti annos natus cursum honorum militum est amplexus. Domo repetita, familiae bonis curandis dedit operam. Anno MDLXX ab Aula regia Francogalliae est pellectus, ubi Alexander frater adstabat, tribunus militum promotus Regis custodiae, sed duobus annis post, militiae lassus, Cabellionem rediit. In iubilaeo anni MDLXXV, precatione adiutus ac simplici doctrina duorum laicorum, scilicet Antoniolae Reveillade, dominae comitis familiae de Bus, necnon Aloisii Guyot, sartoris et aeditui cathedralis templi, et postea Iesuitae patris Petri Péquet, funditus Deo et catechesis

missioni se tradidit. Presbyterali ordine auctus, sicut exemplar sanctum Carolum Borromeo sumpsit. Annis MDLXXXVI-MDLXXXVIII in eremum Sancti Iacobi Cabellionis se contulit, precationi se dicans ferventer et inquisitioni *Catechismi ad parochos*. Die XXIX mensis Septembris anno MDXCII apud locum Isle-sur-la-Sorgue Congregationem Patrum Doctrinae Christianae condidit, quae in docendi opus aut "exercitium" Doctrinae Christianae incumberet, unde vero utique eveniret magnus profectus in fidelium spiritalem salutem. Subsequenti anno Franciscus Maria Tarugi, C.O., archiepiscopus Avenionensis, templum "Sanctae Praxedis", in eodem loco, eis commisit, ubi Patres Doctrinam Christianam protinus tradere coeperunt. Beatus Caesar constituit etiam "Filias Docrinae Christianae", idem habens propositum catechismum tradendi atque puellarum manipulos comparavit, quas in vicos ac rura mitteret, ut "exercitium Docrinae Christianae" tenerent. Congregatio Patrum Doctrinae Christianae die XXVII mensis Decembris anno MDXCVII a Decessore Nostro Clemente VIII est comprobata et beatus Caesar eiusdem Superior Generalis est electus. Infirma cum esset valetudine et magna incommoda, tum corpore tum spiritu, pateretur et caecus esset, praedicare et paenitentiae sacramentum ministrare perrexit. Avenione die XV mensis Aprilis anno MDCVII, sexaginta tres annos natus, obiit, in Sollemnitate Paschali, animi affectu et aestimatione fratrum necnon sanctitatis fama circumdatus.

A sancto Paulo VI die XXVII mensis Aprilis anno MCMLXXV est beatificatus. Canonizationis causa eventus exhibitus est cuiusdam sanationis, quae mira habita est quaeque Salerni Italiae anno MMXVI accidit, attinens ad iuvenem quandam, gravi meningite correptam, addita antecedenti cerebri haemorrhagia. Dioecesana Inquisitio huius eventus, miri habiti, in archidioecesi Salernitana - Campaniensi - Acernensi a die XXVIII mensis Maii anno MMXVIII ad diem XXIX mensis Maii anno MMXIX peracta est, cuius iuridica validitas die XX mensis Septembris anno MMXIX est agnita. Periti Medici Congregationis de Causis Sanctorum, die V mensis Martii anno MMXX in congressu coadunati, unanimiter plenam ac mansuram, ad scientiam haud explicabilem, sanationem iudicarunt. Congressus peculiaris Consultorum Theologorum die XVI mensis Aprilis anno MMXX unanimiter palam est suffragatus sanationem ad intercessionem beati Caesaris de Bus pertinuisse. Cardinales et Episcopi, in Sessione ordinaria die XIX mensis Maii anno MMXX coadunati, eam verum miraculum sunt arbitrati, sic Nos Ipsi, die XXVI mensis Maii anno MMXX, facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super

miraculo ederet. In Consistorio die III mensis Maii anno MMXXI statuimus eiusdem canonizationem, atque die IX mensis Novembris subsequentis decrevimus ut canonizationis ritus in Foro Petriano die XV mensis Maii anno MMXXII celebraretur.

Hodie igitur in Foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Titum Brandsma, Lazarum dictum Devasahayam, Caesarem de Bus, Aloisium Mariam Palazzolo, Iustinum Mariam Russolillo, Carolum de Foucauld, Mariam Rivier, Mariam Franciscam a Iesu Rubatto, Mariam a Iesu Santocanale et Mariam Dominicam Mantovani Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo vicesimo altero, Pontificatus Nostri decimo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 574.193

II

Quibus beatae Mariae Dominicae Mantovani Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

«Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia» (*Gal* 5, 22-23).

Beata Maria Dominica Mantovani, confundatrix et antistita generalis Parvarum Sororum a Sacra Familia, Spiritui Sancto agenti obsequens, gratiae fructus est adepta, iis promissos, qui audiunt et Dei Verbum faciunt. Spiritalis filia beati Iosephi Nascimbeni, mater exemplarque fuit suarum sororum ac consolationis ministra quotquot sua in vita convenit.

Virgo haec sapiens in oppido Castelletto di Brenzone dioecesis Veronensis di XII mensis Novembris anno MDCCCLXII nata est. Subsequenti die Baptismi lavacro est abluta. Confirmationis sacramentum anno MDCCCLXX recepit et primum ad sacram Eucharistiam anno MDCCCLXXIV accessit. Ad eius humanam spiritalemque institutionem multum contulerunt ex exemplo pii et operosi parentes, catechismi praecepta et paroecialis vitae assiduitas. Adolescens nomen dedit Piae Unioni Filiarum Mariae, quae inter socias ob devotionis spiritum et in aliorum necessitatibus subveniendum ob alacritatem exstitit. Cum beatus Iosephus Nascimbeni ad oppidum Castelleto di Brenzone pervenisset magister et paroecialis coadiutor, eius moderationi se commisit, celeriter in spiritu progrediens. Flagranti Immaculatae Matris Dei amore compulsa, die VIII mensis Decembris anno MDCCCLXXXVI votum perpetuae virginitatis nuncupavit, quod in antecessum ad eius consecrationem religiosam referebatur. Anno MDCCCXCII beatus Iosephus Nascimbeni, parochus factus, Congregationem Parvarum Sororum a Sacra Familia incohavit ad iuventutem instituendam necnon ad pauperiores de corpore spirituque iuvandos. Adhaesit proposito Maria Dominica atque confundatrix facta est itemque eiusdem antistita generalis. Dehinc, veluti vivens regula,

fidelis fuit interpres caritatis institutionisque charismatis fundatoris, quod suam per sanctae vitae testificationem amplificavit. Nazarethanae familiae ex schola, cui opera dicata erat, mater Maria Dominica se ipsam finxit, peculiares induens virtutes, videlicet cum Deo coniunctionem, meditationem et operositatem. Ex humanitatis Dei Filii contemplatione, qui parentibus erat subditus, atque cotidianum opus faciens, absconditam vitam itemque proximitatem erga omnem humanam infirmitatem elegit. In Virginem Mariam ex devotione, sponsam et matrem, sollicitae matris et proximi curatricis sumpsit habitum. Cum sancto Ioseph, sponso et custodi, se committeret, vim hausit ac fulcimentum ad prudenter sapienterque suam institutionem moderandam. Beata per simplicitatem praecipuam viam ad Deum conveniendum demonstravit. Fidenter providentiae se tradidit, parvulorum more, qui omnia a proprio parente exspectant. Quocirca laetitia et quieta benevolentia continenter omnia eius acta in cotidiana vita afficiebant, in gravioribus porro condicionibus. Alta humilitate imbuta, suas filias docuit in precatione, operositate ac fraterna cooperatione vivere. «Orare, operari, laborare» haec fuerunt verba quibus viam sororibus ostendebat, ut in Ecclesia ac societate sedulae boni essent operatrices et misericordes caritatis ministrae. Suum per agendi maternum, mitem, benignum firmumque morem, necnon exemplo suarum virtutum, multum contulit ad augendum amplificandumque Institutum. Sociatam suam operam ad Constitutiones conficiendas tribuit, quarum exemplar Regula Tertii Ordinis sancti Francisci fuit, atque complures domus condidit ut evangelica caritate ac re socialibus sui temporis necessitatibus responderet. Antequam moreretur recreata est eo quod Institutum definite est comprobatum et opera plane in Italia et exteris Nationibus aucta est. Brevem post morbum in domo principi Castelletto di Brenzone die II mensis Februarii anno MCMXXXIV obiit.

Propter amplam sanctitatis famam dioecesana Inquisitio de vita, virtutibus et sanctitatis fama Servae Dei apud Curiam ecclesiasticam Veronensem annis MCMLXXXVII - MCMLXXXVIII acta est. Congregatio de Causis Sanctorum per Decretrum die XXV mansis Maii anno MCMXC eius iuridicam validitatem agnovit. Iis iure statutis observatis sanctus Ioannes Paulus II, die domini-

co XXVII mensis Aprilis anno MMIII in Foro Petriano sollemni beatificationi praesedit. Canonizationis causa Postulatio praesumptam miram sanationem exhibuit, quae in Argentina mense Iunio anno MMXI evenit. Dioecesana hoc de eventu Inquisitio apud Curiam dioecesanam Sinus Albi in Argentina a die XIV mensis Decembris anno MMXV ad diem X mensis Iunii anno MMXVI absoluta est, quam Congregatio de Causis Sanctorum per Decretum die XXVI mensis Maii anno MMXVII validam agnovit. Medici Consultores eiusdem Congregationis, in Congressione die VI mensis Februarii anno MMXX, talem sanationem inexplicabilem iudicarunt. Theologi Consultores in Congressu peculiari die XVII mensis Martii anno MMXX coadunati, ipsam sanationem beatae intercessioni tribuerunt. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione ordinaria die V mensis Maii anno MMXX hanc sanationem verum miraculum autumarunt. Sic Nos Ipsi die XXVI consequentis mensis Maii facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum Decretum evulgaret ac tandem in Consistorio die III mensis Maii anno MMXXI eius canonizationem decrevimus, atque die IX mensis Novembris subsequentis statuimus ut beatae Mariae Dominicae Mantovani canonizationis ritus in Foro Petriano die XV mensis Maii anno MMXXII celebraretur.

Hodie igitur in Foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam:

Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Titum Brandsma, Lazarum dictum Devasahayam, Caesarem de Bus, Aloisium Mariam Palazzolo, Iustinum Mariam Russolillo, Carolum de Foucauld, Mariam Rivier, Mariam Franciscam a Iesu Rubatto, Mariam a Iesu Santocanale et Mariam Dominicam Mantovani Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo vicesimo altero, Pontificatus Nostri decimo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 562.996

III

Quibus beatae Mariae Franciscae a Iesu Sanctorum honores decernuntur.

FRANCISCUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

ad perpetuam rei memoriam

«Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operuistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me» (*Mt* 25, 34-36).

Mater Maria Francisca a Iesu, saeculari nomine Anna Maria Rubatto appellata, fundatrix Sororum Tertiararum Capuccinarum Lodani, totam suam vitam indigentioribus colendis tradidit, peculiarem amorem testans quem Deus habet in eos qui parvulis humilibusque subveniunt. Seraphico Padre Francisco Assisiensi magistro, non modo pauperibus inservire didicit, sed se ipsam fecit pauperem Spiritus Sancti virtute ac Dei Providentiae patens ad Evangelii nuntium deferendum. Fortis mulier novas semitas calcavit, ut illuc pervenire ubi nondum Dei Verbum pervenerat, suis filiis apostolatus caritatisque praebens spatium, quod nonnullis earum locum fuit absolutae Domino oblationis. Paupertas et caritas, studiosae cupiditati coniunctae, evangelizationis testamentum sunt quod mater Maria Francisca Rubatto suae Congregationi totique Ecclesiae praebet.

Carmaniolae Augustae Taurinorum die XIV mensis Februarii anno MDCCCXLIV nata est. Quattuor annos nata patrem et aetate undeviginti annorum matrem amisit. Augusta Taurinorum petita, domina assectatrix facta est nobilis Mariae Annae Scoffone, quae his annis caritatis operibus agendis et aegris Instituti Cottolengo invisendis se dicabat. Aestate anno MDCCCLXXXIII Lodani iuveni operario opem tulit, a lapide icto qui de contignatione deciderat. Aedificium in quo operabantur ad feminarum communitatem spectabat, cui prudenter moderando optimam personam perspexit pater Angelicus Martini a Sexto esse Annam Mariam. Quod proposuit pater Angelicus admiratione affecit Annam Mariam iam quadragenariam. Diuturnam post precationem novam religiosam familiam statuit participare, quae die XXIII mensis Ianuarii anno MDCCCLXXXV orta est: sunt Sorores Tertiariae Capuccinae Lodani. Anna

Maria in sororem Mariam Franciscam a Iesu nomen immutat et prima fit Communitatis antistita. Anno MDCCCXCII mater Francisca Montemvideum Uruguaiae suas sorores defert, et inde brevi in Argentinam et Brasiliam. Septies mater Francisca oceanum transmeavit. Anno MDCCCXCIX Portus Alacris apud Brasiliam septentrionalem domum condidit, ad missioni "Sancti Ioseph a Providentia" Fratrum Minorum Capuccinorum opem ferendam. Post duodeviginti tantum menses quam sorores pervenerunt, die XIII mensis Martii anno MCMI, omnes VII sorores una cum IV fratribus Capuccinis, II tertiariis atque CCXL fidelibus sunt interemptae. Anno MCMII mater Francisca a Genua Montemvideum iterum novum iter suscepit. Paucarum hebdomadarum visitatio ad II annos est producta. Ibidem die VI mensis Augusti anno MCMIV obiit, praeclaram ostendens testificationem Evangelio fidelitatis, in Christum amoris, Ecclesiae famulatus ac pauperum curatorum. Die X mensis Octobris anno MCMXCIII sanctus Ioannes Paulus II in Beatorum album eam rettulit.

Canonizationi sanationis casus exhibitus est: iuvenis cranii-encephalici traumate ictus est una cum haemorrhagia subarachnitidea, cui addita est hypertensio endocranica atque assonale detrimentum diffusum, quae die XXIV mensis Martii anno MM Coloniae Uruguaiae evenit. Dioecesana Inquisitio apud archiepiscopalem curiam Montisvidei Uruguaiae a die XI mensis Maii anno MMV ad diem XXI mensis Augusti anno MMVI acta est. Eiusdem validitatis Decretum editum est a Congregatione de Causis Sanctorum die XXIV mensis Maii anno MMXIII, atque Medici Consultores die XXIV mensis Ianuarii anno MMXIX unanimiter sunt suffragati ad scientiae rationem inexplicabilem fuisse talem sanationem. Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum die XXIX mensis Octobris anno MMXIX pariter unanimiter talem sanationem intercessioni beatae Mariae Franciscae a Iesu adscripsit, quam Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria, die XVIII mensis Februarii anno MMXX, eandem verum miraculum iudicarunt. Sic Nos Ipsi, die XXI mensis Februarii anno MMXX, facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super miro evulgaret. In Consistorio die III mensis Maii anno MMXXI statuimus ut canonizationis ritus Romae di XV mensis Maii anno MMXXII ageretur.

Hodie igitur in Foro Petriano inter sollemnia hanc pronuntiavimus formulam: Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione

praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatos Titum Brandsma, Lazarum dictum Devasahayam, Caesarem de Bus, Aloisium Mariam Palazzolo, Iustinum Mariam Russolillo, Carolum de Foucauld, Mariam Rivier, Mariam Franciscam a Iesu Rubatto, Mariam a Iesu Santocanale et Mariam Dominicam Mantovani Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eos in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Clara haec soror diligentem ostendit spiritalem progressum atque insignia dedit pietatis testimonia. Dum illius conspicimus vitam, quae Redemptorem hominum etiam variis in difficultatibus fideliter est secuta, ad altiorem usque in cotidiana vita imitationem Salvatoris incitamur atque iter ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendum.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, Laterani, die quinto decimo mensis Maii, anno Domini bis millesimo vicesimo altero, Pontificatus Nostri decimo.

EGO FRANCISCUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Leonardus Sapienza, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 562.670

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

«Ad charisma tuendum».

Per tutelare il carisma, il mio predecessore san Giovanni Paolo II, nella Costituzione Apostolica *Ut sit*, del 28 novembre 1982, eresse la Prelatura dell'*Opus Dei*, affidandole il compito pastorale di contribuire in modo peculiare alla missione evangelizzatrice della Chiesa. Secondo il dono dello Spirito ricevuto da san Josemaría Escrivá de Balaguer, infatti, la Prelatura dell'*Opus Dei*, con la guida del proprio Prelato, attua il compito di diffondere la chiamata alla santità nel mondo, attraverso la santificazione del lavoro e degli impegni familiari e sociali per mezzo dei chierici in essa incardinati e con l'organica cooperazione dei laici che si dedicano alle opere apostoliche (cfr cann. 294-296, CIC).

Il mio venerato Predecessore affermava che: "*Con grandissima speranza, la Chiesa rivolge le sue materne premure e le sue attenzioni verso l'Opus Dei (...) affinché esso sia sempre un valido ed efficace strumento della missione salvifica che la Chiesa adempie per la vita del mondo*".[1]

Con questo Motu Proprio si intende confermare la Prelatura dell'*Opus Dei* nell'ambito autenticamente carismatico della Chiesa, specificando la sua organizzazione in sintonia alla testimonianza del Fondatore, san Josemaría Escrivá de Balaguer, e agli insegnamenti dell'ecclesiologia conciliare circa le Prelature personali.

Mediante la Costituzione Apostolica *Praedicate Evangelium* del 19 marzo 2022, che riforma l'organizzazione della Curia Romana per meglio promuoverne il servizio a favore dell'evangelizzazione, ho ritenuto conveniente affidare al Dicastero per il Clero la competenza per tutto ciò che spetta alla Sede Apostolica circa le Prelature personali, delle quali l'unica finora eretta è quella dell'*Opus Dei*, in considerazione del preminente compito in essa svolto, a norma del diritto, dai chierici (cfr can. 294, CIC).

Volendo quindi tutelare il carisma dell'*Opus Dei* e promuovere l'azione evangelizzatrice che i suoi membri compiono nel mondo, e dovendo al

[1] Cfr Preambolo *Ut sit*.

contempo adeguare le disposizioni relative alla Prelatura in ragione della nuova organizzazione della Curia Romana, dispongo che siano osservate le seguenti norme.

Art. 1. Il testo dell'art. 5 della Costituzione Apostolica *Ut sit* è, a partire da ora, sostituito dal testo seguente: "*A norma dell'art. 117 della Costituzione Apostolica Praedicate Evangelium, la Prelatura dipende dal Dicastero per il Clero che, a seconda delle materie, valuterà le relative questioni con gli altri Dicasteri della Curia Romana. Il Dicastero per il Clero, nella trattazione delle diverse questioni, dovrà avvalersi, mediante l'opportuna consultazione o trasferimento delle pratiche, delle competenze degli altri Dicasteri*".

Art. 2. Il testo dell'art. 6 della Costituzione Apostolica *Ut sit* è, a partire da ora, sostituito dal testo seguente: "*Ogni anno il Prelato sottoporrà al Dicastero per il Clero una relazione sullo stato della Prelatura e sullo svolgimento del suo lavoro apostolico*".

Art. 3. In ragione degli emendamenti della Costituzione Apostolica *Ut sit* disposti con la presente Lettera Apostolica, gli Statuti propri della Prelatura dell'*Opus Dei* saranno convenientemente adeguati su proposta della Prelatura medesima, da approvarsi dai competenti organi della Sede Apostolica.

Art. 4. Nel pieno rispetto della natura del carisma specifico descritto dalla Costituzione Apostolica sopracitata, si intende rafforzare la convinzione che, per la tutela del dono peculiare dello Spirito, occorre una forma di governo fondata più sul carisma che sull'autorità gerarchica. Pertanto il Prelato non sarà insignito, né insignibile dell'ordine episcopale.

Art. 5. Considerando che le insegne pontificali sono riservate agli insigniti dell'ordine episcopale, al Prelato dell'*Opus Dei* si concede, in ragione dell'ufficio, l'uso del titolo di Protonotario Apostolico soprannumerario con il titolo di Reverendo Monsignore e pertanto potrà usare le insegne corrispondenti a questo titolo.

Art. 6. A partire dall'entrata in vigore della Costituzione Apostolica *Praedicate Evangelium*, tutte le questioni pendenti presso la Congregazione per i Vescovi relative alla Prelatura dell'*Opus Dei* continueranno ad essere trattate e decise dal Dicastero per il Clero.

Stabilisco che la presente Lettera Apostolica in forma di Motu Proprio venga promulgata mediante la pubblicazione su *L'Osservatore Romano*, entrando in vigore il 4 agosto 2022, e quindi pubblicata nel commentario ufficiale degli *Acta Apostolicae Sedis.*

Dato a Roma, presso San Pietro, il 14 luglio 2022, decimo del Pontificato.

FRANCESCO

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servae Mariae Laurentiae Longo caelitum Beatorum tribuitur dignitas.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est » (*Mt* 5, 16).

Fide imbuta mulier, Venerabilis Dei Serva Maria Laurentia Longo suum humanum spiritaleque iter confecit, Dei consiliis usque patens in hominum beneficium suo tempore sauciorum, ac numquam a divinis mysteriis contemplandis recedens. Suam per diuturnam aetatem omnes vitae ordines, sponsa, mater, laica consecrata, monacha contemplativa, experta est. Neapoli saeculi XVI humanas suas dotes adhibuit, magna caritate suffulta ac firma fide, cum operam in eiectos conferret, scilicet syphiliticos, meretrices, pauperes puellas. Sui temporis participans historiae eventus, temporum signa est interpretata ac prophetico spiritu quemlibet eventum explicavit, etiam dolentem, sub praestantis officii lumine quod subinde Domini Spiritus ei offerebat, licet morbi, probationes et adversitates adessent. Quod insigne ipsa fecit, sicut valetudinarium Sanctae Mariae de Populo Incurabilium et primum Monasterium Ordinis Clarissarum Capuccinarum, quod Sancta Maria in Ierusalem est appellatum, adhuc viget et venustate, caritate, precatione ac contemplatione Dei Ecclesiam Neapoli et in terrarum orbe collustrat.

Maria Laurentia Longo, Cataloniensis mulier, Illerdae circiter anno MCDLXIII nata est. Ioanni Llonc (Ioanni Longo) nupsit, Valentino Iurisperito, et tres liberos genuit. Circiter anno MCDLXXX quaedam famula ei venenum praebuit chorearum tempore, ac manuum pedumque paralysi est correpta. Anno MDVI post discrectionem multa precatione comitatam, fiduciam in Deo habens, omnes circumstantias ponderans, nescioquo eremita suadente, Neapolim virum est comitata, Regentem Cancellarium Ferdinandi Regis Catholici, qui paulo post anno MDIX obiit. Ad suum desiderium, ad Sanctuarium

Lauretanum peregrina delata est, ubi eucharisticae celebrationis tempore mire sanata est. Neapolim regressa, Venerabilis Serva Dei pauperibus aegrisque apud Sancti Nicolai ad Molum institutum se dicare statuit. Anno MDXIX, Hectore Vernazza suadente, Ianuensi notario et conditore Sodalitatis Divini Amoris, divinum recepit impulsum Valetudinarium Sanctae Mariae de Populo Incurabilium Neapoli condendi, quod hodierno in loco anno MDXXII est aedificatum. In valetudinarii utilitatem medicos arcessivit ac laicorum consociationes ad aegrorum, syphilide correptorum, dolores levandos, qui morbus ex meretricum commercio oriebatur, cui arcendo operam etiam dedit, famulas ac mulieres recipiens, quae vitam immutare decreverunt. Earum immo quaedam vitam religiosam complecti statuerunt. Pro ipsis Serva Dei una cum Maria Ayerbe, nobili uxore ducis Bucani, monasterium condidit paenitentium prope valetudinarium. Postquam XIII annos aegris adsedit, Maria Laurentia, una cum aliis amicis, Sancto Caietano Thienaeo moderante, licet in Terram Sanctam se conferre vellet, Domini postulationi est obsecuta virginum monasterium Neapoli condendi. Inter innumeras probationes, a Cardinale Andrea Matthaeo Palmieri fulta, a Pontifice Paulo III bullam *Debitum Pastoralis Officii* obtinuit ad monasterium condendum Sanctae Mariae in Ierusalem, sub Sanctae Clarae Assisiensis regula, Constitutionibus Sanctae Coletae Boylet ac normis clausurae ab ea constitutis, atque sic una cum XII sororibus vota religiosa nuncupavit, cum compluribus iuvenibus tenuioris ordinis daretur copia contemplativae vitae respondendi. Consequenti anno numerus completus est ad tricesimum tertium, quo numero Capuccinarum monasterium ad hodiernam usque aetatem est cognitum. Anno MDXXXVIII monasterium per Pontificis Litteras apostolicas *motu proprio* datas curae commissum est Capuccinorum. Venerabilis Serva Dei in altera parte anni MDXXXIX obiit. A Pontificibus et Episcopis aestimata, ut a Carolo Borromeo, Capuccina feminarum reformatio in totam Italiam, Hispaniam, Francogalliam pervenit, usque ad novum mundum contingendum per condita monasteria in Mediana et Australi America.

Quamvis usque maneret sanctitatis fama, ea etiam vivente, processus dioecesanus Neapoli incohatus est tantummodo sub saeculi XIX finem. A die IX mensis Novembris anno MDCCCLXXX ad diem XXIX mensis Aprilis anno MDCCCLXXXIII Processus Ordinarius Informativus est celebratus atque a die III mensis Augusti anno MDCCCLXXXV ad diem XXV mensis Novembris anno MDCCCLXXXVII Processus Ordinarius Additionalis: uterque processus incohatus

est Romae apud Sacram Cogregationem Rituum die XIX mensis Decembris anno MDCCCLXXXVIII. A die XXVIII mensis Maii anno MDCCCLXXXIII ad diem XXIX mensis Aprilis anno MDCCCLXXXIV celebratus est Neapoli Processus Ordinarius super Cultu Numquam Praestito, apud Congregationem Romanam incohatus die XXVIII mensis Aprilis anno MDCCCXC atque conclusus per evulgatum Decretum super non cultu die XVIII mensis Aprilis anno MDCCCXCIII. Processus Apostolicus super virtutibus et fama sanctitatis in specie incohatus est die II mensis Decembris anno MDCCCXCIII et conclusus die XIII mensis Decembris anno MCMIII. Die XXVII mensis Novembris anno MCMVII Decretum de validitate iuridica actuum omnium processuum ordinariorum et apostolicorum eo usque celebratorum est evulgatum. Die XVII mensis Octobris anno MCMXXXIV copia data est a Roma ut processus de recognitione ac repositione exuviarum Venerabilis Servae Dei ageretur. A die XXVI mensis Februarii ad diem XX mensis Iulii anno MCMXXXV est celebratus Processiculus recognitionis et depositi canonici capitis Venerabilis Servae Dei Mariae Laurentiae Longo, cuius calva definite posita est apud “communichinum”, ut appellatum est, templi monasterii. A die XXIX mensis Iunii anno MMIV ad diem XVI mensis Maii anno MMV celebrata est Inquisitio Dioecesana Suppletiva de vita, virtutibus et fama sanctitatis ac signis Venerabilis Dei Servae. Decretum de iuridica validitate die I mensis Februarii anno MMVIII est editum. Die XI mensis Februarii anno MMXV evulgata est Positio super vita, virtutibus et fama sanctitatis. Die IX mensis Iunii anno MMXV Historici Consultores favens suffragium tulerunt et die XIV mensis Martii anno MMXVII Theologi Consultores disceptaverunt, unanimiter faventes, an Venerabilis Serva Dei heroum in modum virtutes exercuisset. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione Ordinaria die VI mensis Septembris anno MMXVII agnoverunt Venerabilem Servam Dei Mariam Laurentiam Longo heroum in modum virtutes theologales, cardinales iisque adnexas exercuisse. Iis rebus iure statutis completis, exhibita porro est praesumpta mira sanatio, quam Medici Consultores Congregationis de Causis Sanctorum die X mensis Octobris anno MMXIX ad scientiam inexplicabilem agnoverunt. Consultores Theologi die XX mensis Februarii anno MMXX intercessionem agnoverunt Venerabilis Servae Dei Mariae Laurentiae Longo et die XX mensis Octobris anno MMXX Patres Cardinales et Episcopi hanc sanationem verum miraculum iudicarunt. Nos

Ipsi die XXVIII mensis Octobris anno MMXX, facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum Decretum super miraculo ederet ac statuimus simul ut beatificationis ritus die IX mensis Octobris anno MMXXI Neapoli ageretur.

Hodie igitur ex mandato Nostro, Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, Apostolicas legit Litteras quibus Nos in Beatorum catalogum rettulimus Venerabilem Dei Servam Mariam Laurentiam Longo.

Nos, vota Fratris Nostri Dominici Battaglia, Archiepiscopi Metropolitae Neapolitani necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Maria Laurentia Longo Fundatrix Valetudinarii Insanabilium Neapoli et Ordinis Sanctae Clarae Capuccinarum, quae, divina gratia ardentique orationis vita incitata, corporis et spiritus necessitatibus indigentium ac dolentium magnanimiter subvenit, Beatae nomine in posterum appelletur atque die vicesima prima mensis Octobris quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Octobris anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.666

II

Venerabili Servo Dei Francisco Mottola, presbytero, Beatorum honores decernuntur.

FRANCISCUS PP.

Ad perpetuam rei memoriam. — «Ego sum pauper lampada quae ardet. Oleum aureum quasi guttatim, diuturna patientia et magna caritate est collectum; oleum aureum enim torcularis pressuram dolorosam necnon humilitatem collectae nigra in terra meminit... Flamma adhuc ardet et, donec pauper vas testae non comminuetur, caelos quaerendo ardebit» (reverendus D. Franciscus Mottola).

Venerabilis Servus Dei Franciscus Mottola sacerdos exstitit, qui in gloria Dei quaerenda se consummavit, motus sincero desiderio Dei in omnibus voluntatis eius adimplendae.

Die III mensis Ianuarii anno MCMI Tropeae, in municipio v.d. Vibo Valentia, ortus est. Seminarium Pio X dicatum Catacii ingressus est, deinde die V mensis Aprilis anno MCMXXIV sacerdos ordinatus est. Ministerium suum variis in pastoralibus provinciis explevit, a praedicatione ad sacramentorum administrationem, a spiritali moderamine ad litterariam actorumque diurnorum industriam, a concreta caritatis exercitatione ad paranda incepta pertinentia ad ambitum tum spiritalem tum culturalem. Rector Seminarii et ecclesiae cathedralis Paenitentiarius nominatus est. Una cum Serva Dei Irma Scrugli "Familiam Oblatorum Oblatarumque Sacratissimi Cordis Iesu" fundavit ad excipiendos pauperes et corpore graviter inhabiles in "Domos Caritatis" eosque iuvandos. Illos enim ipse Franciscus vulgo "*i nuju du mundu*" appellabat, quod sibi vult: "reiecti et inconsiderati hoc in mundo". Ab anno MCMXXXV coetus sacerdotum et laicorum, secundum rationem caritatis actionis et contemplativae orationis, prout "Carthusianorum in via" formare ac parare coepit. Plurimae laicae apud eum convenerunt, quae se ut "carmelitanas in mundo" consecraverunt, quarum cella cor quidem esse debebat. Franciscus fuit presuasus fautor necessitatis profundae renovationis spiritalis et culturalis cleri dioecesani, quae quidem non poterat in crastinum differri, quam vero per conventus fraternos tum orationis tum studii fovit, necnon necessariae operae laicorum in apostolatu veluti fer-

mentum authentici progressus societatis. Eucharistia in medio cursus diei eius erat; sicut in diario suo scripsit: "Sancta Missa in medio mei ministerii sacerdotalis erit". Ex ipsa celebratione haud parva caritas ex eo emanabat, quae eum ad quaerendos pauperes et infimos duxit, sicut hac in sententia animadvertitur: "in terra mia Calabra genibus nixis Viam Crucis feci; per omnes pagos transivi; omnibus in tuguriis descendi; omnes per quattuordecim stationes percurri. Gemitum pauperis populi mei in meo pauperi corde vere sensi. Populus Calabrus suo in doloroso itinere non habet consolationem sicut Iesus". Quadraginta annos natus gravi paralysi correptus est, quae verborum usum atque motus ei vehementer impediit. Progrediente serenitate atque patientia, fervorem et apostolicam sollertiam auxit, sese orationi, confessioni et moderamini spiritali dicando atque se iungendo veluti conscia victima cum doloribus Christi atque dilectione ac simplicitate mysterium crucis accipiendo. Ante omnia tota in vita exoptavit se in oblatione offerre ut lampada quae ardet "usque ad sanguinis effusionem". Die XXIX mensis Iunii anno MCMLXIX, Tropeae, e vita discessit.

Famae sanctitatis ampla virtute, Episcopus Miletensis - Nicotriensis - Tropiensis inchoavit inquisitionem dioecesanam quae a die XI mensis Februarii anni MCMLXXXII ad diem XXIX mensis Iunii anni MCMLXXXVIII Tropeae celebrata est. Servatis iuris praeceptis necnon *Positione* parata, Consultorum theologorum Peculiaris Congressus die XXIII mensis Martii anno MMVII faventem sententiam dedit. Patres Cardinales et Episcopi in Sessione ordinaria die VI mensis Novembris anno MMVII vitrutes cardinales iisque adiunctas Venerabilis Servi Dei agnoverunt. Papa Benedictus XVI die XVII mensis Decembris anno MMVII facultatem Congregationi de Causis Sanctorum dedit ut Decretum super virtutibus promulgaret. Pro beatificatione, postea mira sanatio exhibita est, quam Medici Consultores eiusdem Dicasterii in Sessione die XXI mensis Februarii anno MMXIX ad scientiam inexplicabilem iudicaverunt. Consultores Theologi in peculiari Congressione die XXV mensis Iunii anno MMXIX sanationem intercessioni Venerabilis Servi Dei adscripserunt, quam Patres Cardinales et Episcopi in Sessione ordinaria die I mensis Octobris anno MMXIX verum miraculum agnoverunt. Itaque, Nos Ipsi die II mensis Octobris eodem anno facultatem fecimus ut Congregatio de Causis Sanctorum congruum Decretum super miraculo evulgaretur atque statuimus ut beatificationis ritus die X mensis Octobris anno MMXXI Tropeae celebraretur.

Hodie igitur Tropeae de mandato Nostro Venerabilis Frater Noster Marcellus S.R.E. Cardinalis Semeraro, Praefectus Congregationis de Causis Sanctorum, textum Litterarum Apostolicarum legit, quibus Nos Venerabilem Dei Servum Franciscum Mottola, presbyterum, in Beatorum numerum adscribimus:

Nos, vota Fratris Nostri Atilii Nostro, Episcopi Miletensis - Nicotriensis - Tropiensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Servus Dei Franciscus Mottola, presbyter, Fundator Oblatorum et Oblatarum Sacratissimi Cordis, pastor sedulus, Evangelii praeco indefessus et divinae caritatis orans testis, Beati nomine in posterum appelletur atque die tricesima mensis Iunii quotannis in locis et modis iure statutis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Quod autem decrevimus, volumus et nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non obsistentibus.

Datum Romae, Laterani, sub anulo Piscatoris, die X mensis Octobris anno MMXXI, Pontificatus Nostri nono.

De mandato Summi Pontificis
PETRUS Card. PAROLIN
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 551.336

EPISTULA

Ad Episcopos Synodi Ecclesiae Graeco-Catholicae Ucrainae (Premisliae, 7-15 Iulii 2022).

Do Czcigodnego Brata
Jego Świątobliwości
Arcybiskupa Większego Kijowsko-Halickiego
Światosława Szewczuka

Niech będzie pochwalony Jezus Chrystus!

Wasza Świątobliwość,
Czcigodni Bracia Biskupi Kościoła Grecko-Katolickiego Ukraińskiego,

serdecznie pozdrawiam Was wszystkich, zebranych na Synodzie w Przemyślu, w dniach od 7 do 15 lipca bieżącego roku. Obecny Synod, jak było wcześniej planowane, miał odbyć się w Kijowie, ale dramatyczna sytuacja wojny, która toczy się już piąty miesiąc, nie pozwoliła na to.

Niedawno, 27 czerwca, Kościół Grecko-Katolicki Ukraiński obchodził liturgiczne wspomnienie błogosławionych Męczenników, beatyfikowanych przez świętego Jana Pawła II we Lwowie, podczas jego pielgrzymki na Ukrainę w 2001 roku. Ale właśnie w tym momencie, rozumiemy lepiej okoliczności, w jakich żyli i ponieśli śmierć ci Męczennicy, wśród których byli biskupi, kapłani, zakonnicy, siostry zakonne i świeccy, którzy padli ofiarami komunistycznego reżimu sowieckiego. Dzisiaj, bronią oni z nieba swój Naród, który cierpi. Ich opiece polecam wszystkich Członków Synodu.

Drodzy Bracia Biskupi, łączę się duchowo z waszym cierpieniem, zapewniając o mojej modlitwie oraz zaangażowaniu, które niekiedy, ze względu na delikatną sytuację, nie pojawiają się w mediach. Synod Biskupów, którego tematem jest: “Synodalność i katolickość: doświadczenie UKGK”, musi mieć na celu dobro Kościoła i poszczególnych wiernych. Musi on być także miejscem spotkania i wzajemnej pomocy na wspólnej drodze życia, w poszukiwaniu nowych sposobów towarzyszenia wiernym. Chciałbym też przypomnieć raz jeszcze słowa, które skierowałem do Arcybiskupa Większego i Metropolitów na naszym spotkaniu w Rzymie, w lipcu 2019 roku:

“*Bliskość Pasterzy z wiernymi jest kanałem, który buduje się dzień po dniu i który przynosi żywą wodę nadziei. W taki sposób buduje się go, spotkanie za spotkaniem, z kapłanami, którzy znają i biorą sobie do serca troski ludu, oraz z wiernymi, którzy poprzez opiekę, jaką otrzymują, przyswajają sobie głoszenie Ewangelii, którą przekazują Pasterze. Nie rozumieją jej, jeśli Pasterze są nastawieni tylko na mówienie o Bogu; rozumieją, jeśli robią oni wszystko, co w ich mocy, aby dać im Boga: dając siebie, będąc blisko, jako świadkowie Boga nadziei, który stał się ciałem, aby kroczyć drogami człowieka. Niech Kościół będzie miejscem, gdzie się czerpie nadzieję, gdzie się znajduje zawsze otwarte drzwi, gdzie otrzymuje się pociechę i zachętę*” (por. *AAS* 7 /2019/, 1126-1127).

Niech to spotkanie inspiruje Was do twórczego kontynuowania nadzwyczajnej tradycji wiary Ojców, zakorzenionej i podtrzymywanej od pokoleń w Ludzie Bożym Waszego Narodu. Modlę się, aby Wasz Kościół i Wasz Naród, ożywiane mocą sakramentów świętych, wpatrzone w Niepokalane Serce Maryi, nie straciły chrześcijańskiej nadziei na lepsze jutro.

Wszystkim Członkom Synodu udzielam mojego Błogosławieństwa.

Rzym, u św. Jana na Lateranie, 30 czerwca 2022 r.

FRANCISZEK

NUNTII

I

Ad participes Conferentiae *EU Youth Conference* cuius argumentum «Simul se tradere pro Europa sustentabili et inclusiva» (Pragae, 11-13 Iulii 2022).

Cari giovani!

Sono molto contento di rivolgermi a voi che state partecipando alla Conferenza europea dei giovani. Vorrei dirvi qualcosa che mi sta molto a cuore. Anzitutto vorrei invitarvi a trasformare il "vecchio continente" in un "nuovo continente", e questo è possibile solo con voi. So che la vostra generazione ha alcune buone carte da giocare: siete giovani attenti, meno ideologizzati, abituati a studiare in altri Paesi europei, aperti a esperienze di volontariato, sensibili ai temi dell'ambiente. Per questo sento che c'è speranza.

Voi giovani europei avete una missione importante. Se nel passato i vostri antenati si sono spinti in altri continenti non sempre per nobili interessi, ora spetta a voi presentare al mondo un nuovo volto dell'Europa.

Riguardo all'origine del nome "Europa" non ci sono ancora spiegazioni certe. Tra le varie ipotesi, una è particolarmente suggestiva: è quella che risale all'espressione "*eurús op*", cioè "occhio grande", "ampio sguardo", che evoca la capacità di guardare oltre. Europa, figura mitologica che aveva fatto innamorare di sé gli dei, era chiamata "la fanciulla dagli occhi grandi". Quindi penso anche a voi, giovani europei, come a persone dallo sguardo ampio, aperto, capaci di guardare oltre.

Forse avete sentito parlare dell'iniziativa, lanciata nel settembre 2019, chiamata Patto Educativo Globale. Si tratta di un'alleanza tra gli educatori di tutto il mondo per educare le giovani generazioni alla fraternità. Vedendo però come sta andando questo mondo guidato da adulti e da anziani, sembra che forse dovreste essere voi a educare gli adulti alla fraternità e alla convivenza pacifica!

Tra i primi impegni del Patto Educativo c'è quello di *ascoltare i ragazzi, gli adolescenti e i giovani*. Perciò, cari giovani, fate sentire la vostra voce! Se non vi ascoltano, gridate ancora più forte, fate rumore, avete tutto il

diritto di dire la vostra su ciò che riguarda il vostro futuro. Vi incoraggio ad essere intraprendenti, creativi e critici: sapete che quando un professore ha in classe degli studenti esigenti, critici, attenti, viene stimolato a impegnarsi di più e a preparare meglio le lezioni.

In questo Patto non ci sono degli "emittenti" e dei "destinatari", ma tutti siamo chiamati a educarci in comunione, come suggeriva il pedagogista brasiliano Paulo Freire. Non temete dunque di essere esigenti: avete il diritto di ricevere il meglio per voi stessi così come i vostri educatori hanno il dovere di dare il meglio di sé stessi.

Tra le varie proposte del Patto Educativo Globale, ne richiamo due che ho visto presenti anche nella vostra Conferenza.

La prima: "*Aprirsi all'accoglienza*", e quindi il valore dell'*inclusione*: non lasciarsi trascinare in ideologie miopi che vogliono mostrarvi l'altro, il diverso come un nemico. L'altro è una ricchezza. L'esperienza di milioni di studenti europei che hanno aderito al *Progetto Erasmus* testimonia che l'incontro tra persone di popoli diversi aiuta ad aprire gli occhi, la mente e il cuore. Fa bene avere "occhi grandi" per aprirsi agli altri. Nessuna discriminazione contro nessuno, per nessuna ragione. Essere solidali con tutti, non solo con chi mi assomiglia, o mostra un'immagine di successo, ma con coloro che soffrono, qualunque sia la nazionalità e la condizione sociale. Non dimentichiamo che milioni di europei in passato hanno dovuto emigrare in altri continenti in cerca di futuro. Anch'io sono figlio di italiani emigrati in Argentina.

L'obiettivo principale del Patto Educativo è quello di educare tutti a una vita più fraterna, basata non sulla competitività ma sulla solidarietà. La vostra aspirazione maggiore, cari giovani, non sia quella di entrare negli ambienti formativi d'élite, dove può accedere solo chi ha molto denaro. Questi istituti hanno spesso interesse a mantenere lo *status quo*, a formare persone che garantiscano il funzionamento del sistema così com'è. Vanno apprezzate piuttosto quelle realtà che uniscono la qualità formativa con il servizio al prossimo, sapendo che il fine dell'educazione è la crescita della persona orientata al bene comune. Saranno queste esperienze solidali che cambieranno il mondo, non quelle "esclusive" (ed escludenti) delle scuole d'élite. Eccellenza sì, ma per tutti, non solo per qualcuno.

Vi propongo di leggere l'Enciclica *Fratelli tutti* (3 ottobre 2020) e il *Documento sulla fratellanza umana* (4 febbraio 2019) firmato insieme al

Grande Iman di Al-Azhar. So che in tante università e scuole musulmane stanno approfondendo con interesse questi testi, e così spero possano entusiasmare anche voi. Dunque, educazione non solo per "conoscere sé stessi" ma anche per conoscere l'altro.

L'altra proposta che vorrei richiamare riguarda *la cura per la casa comune*.

Anche qui ho notato con piacere che, mentre le generazioni precedenti parlavano molto e concludevano poco, voi invece siete stati capaci di iniziative concrete. Per questo dico che questa volta può essere la volta buona. Se non riuscirete voi a dare una svolta decisiva a questa tendenza autodistruttiva, sarà difficile che altri ci riusciranno in futuro. Non lasciatevi sedurre dalle sirene che propongono una vita di lusso riservata a una piccola fetta del mondo: possiate avere "occhi grandi" per vedere tutto il resto dell'umanità, che non si riduce alla piccola Europa; aspirare a una vita dignitosa e sobria, senza il lusso e lo spreco, perché tutti possano abitare il mondo con dignità. È urgente ridurre il consumo non solo di carburanti fossili ma anche di tante cose superflue; e così pure, in certe aree del mondo, è opportuno consumare meno carne: anche questo può contribuire a salvare l'ambiente.

A tale riguardo, vi farà bene – se non l'avete già fatto – leggere l'Enciclica *Laudato si'*, dove credenti e non credenti trovano motivazioni solide per impegnarsi in favore di una ecologia integrale. Educare, pertanto, per conoscere, oltre che sé stessi e l'altro, anche il creato.

Cari giovani, mentre voi state svolgendo la vostra Conferenza, in Ucraina – che non è UE, ma è Europa – si combatte una guerra assurda. Aggiungendosi ai numerosi conflitti in atto in diverse regioni del mondo, essa rende ancora più urgente un Patto Educativo che educhi tutti alla fraternità.

L'idea di un'Europa unita è sorta da un forte anelito di pace dopo tante guerre combattute nel Continente, e ha portato a un periodo di pace durato settant'anni. Ora dobbiamo impegnarci tutti a mettere fine a questo scempio della guerra, dove, come al solito, pochi potenti decidono e mandano migliaia di giovani a combattere e morire. In casi come questo è legittimo ribellarsi!

Qualcuno ha detto che, se il mondo fosse governato dalle donne, non ci sarebbero tante guerre, perché coloro che hanno la missione di dare la vita non possono fare scelte di morte. Allo stesso modo mi piace pensare

che, se il mondo fosse governato dai giovani, non ci sarebbero tante guerre: coloro che hanno tutta la vita davanti non la vogliono spezzare e buttare via ma la vogliono vivere in pienezza.

Fere quinquaginta per annos munus parochi Crucis Sanctae, in suburbio, insigni quidem zelo summaque fidelitate perfecit. Eucharisticam pietatem promovit et devotionem marianam, ad quas ipse primus vitam spiritualem suam large omnino tradebat. Instituta dioecesana quaedam rexit ac multorum fuit spiritualis moderator, necnon multa maximi momenti apparavit eventa, inter quae, exempli gratia, incoronatio Beatae Virginis a Succursu et primus Congressus Eucharisticus dioecesanus. Altero totius mundi bello et flagrante et exacto, nonnulla adiumenti opera animavit, ut damna armorum eorundemque consequentiae continerentur. Anno 1945 catholicae factioni patrocinatus est, quae ibi Societates Christianas Operariorum Italicorum, ex primis litteris Italici sermonis *ACLI* appellatas, condidit motumque Exploratorum refecit. Servus Dei christianam fidem societatis in rebus explicandam studuit, non tantum pro factionibus christianis, sed etiam inter rei publicae homines diversam opinionem habentes vel Deum esse negantes, qui eum beneficum populi ducebant cuiusque quaerebant consilium.

Verum sacerdotalium virtutum fuit exemplum. Magisterio oboediens, actuositate humilis, cupiditate iustitiae et veritatis flagrans, agendo prudens. Episcopi, cuius auxilium petebant, iuvenes sacerdotes iuxta eum collocabant, ut ad rectum sacerdotale habitum formarentur. Et unitatem cleri fovebat.

Vesperi die 2 mensis Novembris anno 1977 obiit, cum femur ob casum fregisset. Clarissima existimatio, quam adeptus erat, populi reverentia multiformisque eius caritas tunc floruerunt et hodie quoque florent uti vera sanctitatis fama.

Ex qua ipsa, a die 25 mensis Martii anno 2009 ad diem 30 mensis Novembris anno 2013 Inquisitio dioecesana apud Curiam ecclesiasticam Sancti Severi celebrata est, cuius iuridica validitas ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 28 mensis Novembris anno 2014 est approbata. Positione exarata, disceptatum est, consuetas secundum normas, an Servus Dei virtutes christianas in gradu heroico exercuisset. Fausto cum exitu, die 29 mensis Septembris anno 2020 Peculiaris Consultorum Theologorum Con-

gressus est habitus. Patres Cardinales et Episcopi, die 4 mensis Maii anno 2021 Ordinaria Sessione congregati, Servum Dei professi sunt theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico modo excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Felicis Canelli, Sacerdotis dioecesani, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

PLOCENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Bernardi a Matre Pulchrae Dilectionis (in saeculo: Sigismundi Kryszkiewicz), Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi (1915-1945)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Pro animabus vivere volo, pro pauperrimis, miserrimis praesertim. Prorsus comedit me cupiditas auxilii ferendi, efficacis quidem auxilii in necessitate maxime versantibus».

Servus Dei Bernardus a Matre Pulchrae Dilectionis (in saeculo: Sigismundus Kryszkiewicz), gratia divina sustentus ac apostolica sui sacerdotii sollicitudine impulsus, vires cunctas impendit ad hoc propositum efficiendum. Sui sanctitatis testimonii eloquio, magnanimos homines adtrahit ut se, in eorum vitae vicibus, ad idem propositum adimplendum consecrent.

Servus Dei brevem vitam in Polonia degit, utique septentrionali in regione Masoviae, ubi in oppido v.d. *Mława* die 2 mensis Maii anno 1915 est natus. Ita duorum mundanorum bellorum indigna spectavit, quorum alterum septem sui sacerdotii annibus currentibus accidit.

Inter autumnum anni 1928 et anni 1933, de doctrina et religione convenientem institutionem suscepit, deinde novitiatum Congregationis Passionis Iesu Christi est ingressus. Romam missus est ut studia theologica continuaret, ibique vota perpetua nuncupavit ac die 3 mensis Iunii anno 1939 presbyter est ordinatus.

Cum in patriam rediisset, altero totius mundi bello impendente, die 2 mensis Septembris anno 1939 demum ex conventu oppidi v.d. *Przasnysz* fugere est coactus atque ad locum v.d. *Tuczna* venit, Poloniae in orientali parte. Septem menses hic se ad parochum animarum cura adiuvandum praestitit. Postea conventum Congregationis adiit in oppido v.d. *Rawa Mazowiecka*, ubi quinque per annos vixit. Humilis fuit tironum rector, praedicator studiosus, confessarius prudens. Constanter etiam se ad clandestino docendum tradidit. Cum Sovieticorum tormentorum coniectio accidisset, heroum caritatis exemplum praebuit, suis ipsis manibus fodiens ut e ruinis

coopertos eriperet, eosdem umeris suis ad conventum ferens eorumque curans vulnera. Tormentorum coniectionibus valetudinario diruto, parvus conventus, ipsius Servi Dei consilio, factus est locus recreandae spei ac sauciis aegrotisque medicinae faciendae. His in vicibus eius fides in Deum patefacta est, ex qua vim traxit ad qualeslibet homines iuvandos, delectu omni et discrimine remoto.

Post nationem liberatam, Servus Dei oppidi v.d. *Przasnysz* conventus antistes designatus est, ut aedificium ad habitandum utile restitueretur atque populus illius loci quoque corpore et anima adiuvaretur. Servi Dei caritas se praecipue ostendit sacramento Paenitentiae administrando, per quod fidelitate ac perseverantia illius, qui omnes ad viscera misericordiae Patris noscenda perducere cupit, paenitentes recipiebat. Altam spiritualitatem, cuius Passio Christi principatum obtinuit, pro praecipuo suae Congregationis charismate expertus est et docuit.

Typho adfectus, in ipso oppido v.d. *Przasnysz* mortem die 7 mensis Iulii anno 1945 invenit. Plurimi testes existimationem, qua Servus Dei in vita usus est, necnon sinceram eius sanctitatis famam, quae plurimum post obitum eius patuit, una voce comprobant.

Quapropter Servi Dei Causa beatificationis et canonizationis est instructa. Apud Curiam ecclesiasticam Plocensem Inquisitio dioecesana celebrata est a die 10 mensis Ianuarii anno 1985 ad diem 15 mensis Aprilis anno 1991, cuius iuridicam validitatem haec Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 24 mensis Septembris anno 1993 approbavit. Positio inde est exarata atque disceptatum est, iuxta consuetudinem, an Servus Dei in gradu heroico christianas virtutes exercuisset. Die 28 mensis Aprilis anno 2020 Consultores Theologi adfirmative sunt locuti. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione diei 18 mensis Maii anno 2021, Servum Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico more excoluisse agnoverunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Forti-*

tudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Bernardi a Matre Pulchrae Dilectionis (in saeculo: Sigismundi Kryszkiewicz), Sacerdotis professi Congregationis Passionis Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

MARCELLUS Card. SEMERARO
Praefectus

L. ✠ S.

✠ FABIUS FABENE
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

PAMPILONENSIS ET TUDELENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Mariani Gazpio Ezcurra, Sacerdotis professi Ordinis Augustinianorum Recollectorum (1899-1989)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis » (*Ps* 119, 105).

Servus Dei Marianus Gazpio Ezcurra omni vitae tempore praesentiam Dei agnoscere valuit. Ita extraordinariis consecrationis religiosae, apostolatus missionarii ministeriique sacerdotalis virtutibus ornatus est, quae ipsi apud fratres singularem reverentiam attulere.

Servus Dei Ponte Reginae ortus est die 18 mensis Decembris anno 1899, in Hispanica regione Navarrae. Pater lapicida, mater Servi Dei eiusque trium sororum institutioni dedita erat. Puer magni pietatis officii erat. Missam in oratorio Desolatae inserviebat, ubi sacra Augustiniani Recollecti faciebant, quorum et famulatus operam praestabat.

Eius religiosa vocatio in familia floruit, quae iam plurimos consecratos Ecclesiae dederat. Praeparatoriam Augustinianorum Recollectorum scholam in loco v.d. *San Millán de la Cogolla* ingressus est, novitiatum Monte Acuto perfecit atque die 23 mensis Decembris anno 1915 votorum simplicium professionem emisit. Nomini suo invocationem Purissimae Conceptionis Mariae quidem adiunxit. Studiis peractis, dum apud communitatem Manilensem aderat, presbyter ordinatus est die 23 mensis Decembris anno 1922.

Ad primam Augustinianorum Recollectorum missionem, ad Sinarum Praefecturam Apostolicam Coeiteviae, hodie v.d. *Shangqiu*, est voluntarie profectus. Quo anno 1924 pervenit, ubi usque ad annum 1952 permansit et quibusdam annis Vicarii Generalis primum Praefecturae Apostolicae, dein eiusdem Vicariati Apostolici munere est functus, necnon missionis Augustinianorum Recollectorum moderatoris.

Aliquot post mensibus Sinici discendi sermonis causa, missus est ad regionem missionariam v.d. *Chengliku*. Se catechismo pueris docendo tradidit, catechesi seniorum tradendae, aegrotis visitandis egenisque iuvandis. Regionis ob insidias civileque bellum, quod illo tempore flagrabat, labores angustiasque inter milites ac latrones subire debuit. Demum in missionem v.d. *Yucheng* se contulit. Sententia "oratio et praedicatio" ductus, illo loco,

qui tunc non iam evangelizatus erat, Christum una cum catechistis nuntiare incepit. In missione v.d. *Chutsi* ad catechistas instituendos dein est operatus. Iaponicae incursionis Sinarum reique publicae communistae mutationis annis, suum opus apostolicum exercendum perrexit atque oppidum v.d. *Shangqiu* petivit. Hic milites sediotiosi missionis catholicae domum occupaverunt ac religiosos depraedati sunt bonis eorum. Augustiniani Recollecti testimonium fidei praebere perrexissent, at omnibus operandi facultatibus suis sunt prohibiti. Servus Dei igitur coactus est Sinas relinquere.

Anno 1952 Servus Dei in Hispania novum vitae tempus inchoavit, videlicet conventualis vitae, orationis et ministerii. Primos annos ad religiosos instituendos conventumque Montis Acuti gerendum dicavit. Postea Marcillam motus est, in domum philosophicae et theologicae formationis. Propter mansuetudinem ac prudentiam suam, ut consecratorum et christifidelium laicorum confessarius quaerebatur. Assidue precans inveniebatur necnon, utilis esse volens, et ad humiliora opera facienda erat promptus. Verbi Dei meditatio continenter vitam eius tam denotavit, ut Sacrarum Scipturarum liber, quo ipse utebatur, fere tritus videretur. Vitam communem diligebat, caritatem erga omnes colens, erroribus ignoscens et de aliis bene loquens.

Postremis annis vero dolores fide toleravit. In valetudinarium receptus, die 22 mensis Septembris anno 1989 obiit. Illa sanctitatis fama, quae iam viventem circumdavit eum, post mortem eius usque est confirmata.

Quapropter Servi Dei incepta est Causa beatificationis et canonizationis. Inquisitio dioecesana apud Curiam ecclesiasticam Pampilonensem et Tudelensem a die 10 mensis Februarii anno 2000 ad diem 30 mensis Martii anno 2004 est celebrata. Cuius validitatem iuridicam haec Congregatio de Causis Sanctorum per decretum diei 27 mensis Ianuarii anno 2006 approbavit. Positio inde exarata est atque, consuetas secundum normas, an Servus Dei virtutes christianas heroico in gradu excoluisset est disceptatum. Die 24 mensis Septembris anno 2019 Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus, fausto cum exitu, est habitus. Patres Cardinales et Episcopi, diei 18 mensis Maii anno 2021 in Ordinaria Sessione, theologales, cardinales iisque adnexas virtutes Servum Dei heroico modo exercuisse sunt professi.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in*

Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Mariani Gazpio Ezcurra, Sacerdotis professi Ordinis Augustinianorum Recollectorum, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

MARCELLUS Card. SEMERARO
Praefectus

L. ✠ S.

✠ FABIUS FABENE
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

CAPUANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Columbae a Iesu Hostia (in saeculo: Annae Antonillae Mezzacapo), Antistitae Monasterii Sanctae Teresiae Carmelitarum Discalceatorum Marthenisii (1914-1969)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Meridies Italiae (...) secum humanitatis vividique spiritus copiam fert magnam. Meridiana regio sanctorum magnorum quoque est patria» (Italicorum Episcoporum Instrumentum vulgo *Sviluppo nella solidarietà – Chiesa italiana e Mezzogiorno*, anno 1989 editum).

In agmine testium vitae et spei Ecclesiae Campanae Columba a Iesu Hostia (in saeculo: Anna Antonilla Mezzacapo) est numeranda, Carmelitarum spiritus sincera discipula, quae, ad pastoralem Ecclesiae actuositatem sustinendam humanitatemque credentium provehendam, suam suique monasterii contemplationis vitam tradidit.

Serva Dei Marthenisii die 15 mensis Iunii anno 1914 ortum duxit. Pueritiam iam habuit virtuosam, quae insigne sanctitatis iter eius significavit. Sedecim annos nata, Monasterium Sanctae Teresiae ingressa est, quod Franciscus Amodio, presbyter Neapolitanus, et soror Maria Teresia a Carmelo (in saeculo: Mathildis Argenziano) anno 1903 condiderant. Professionem simplicem anno 1934 atque sollemnem die 24 mensis Novembris anno 1938, una cum Matre Fundatrice, emisit. Primum sacristae officium gessit, dein novitiarum fuit magistra. Antistitae munere functa est, ab anno 1951 fere continenter usque ad mortem, quae die 12 mensis Augusti anno 1969 vero accidit.

Vigilans Monasterii custos, regulam sanctae Teresiae a Iesu fideliter vivebat et observare docebat, necnon veteriores silentii, orationis et operis temporum consuetudines immo servabat. Huiusmodi expetitae spiritualis altitudinis causa, Carmelus factus est signum urbi, animi virtutum sitienti, quae interiorem quietem praebere valent. Serva Dei sciebat terrenum hominis transitum caritatis exercitio esse designandum, quae cunctarum principium est virtutum. Pietatem Eucharisticam maxime colens, negotia cotidie acta oblationem Deo gratam reddebat. Dominum Iesum Crucifixum diligebat et Spiritum Sanctum et, quam potissimum, Sanctissimam Trinitatem. Bea-

tam Virginem Mariam zelanter precabatur, a qua ut ad divinae voluntatis vias percurrendas eam adiuvaret petebat. Cum cor autem imbueret, pietas eius numquam fuit devotio tantum, at caritatem in proximum excitabat. Promptam ad audiendum, navam in egenorum necessitates, sedulam in moniales se ostendit. Iesum videre ab animabus cunctis dilectum semper sperabat. Inter angustias, quae eius in vita minime caruerunt, perseveravit. Religiosis votis enim tam animadvertebat, ne semper comprehenderetur neque praecepta eius benevole acciperentur. Hoc attamen, quominus se Christo offerre fortitudine pergeret, numquam impediit. Nam mundi transfigurationem, quam Deus ipse promisit, omnibus rebus in caritatem Christi instaurandis compleri sciebat.

Sicut hostia acceptabilis apud Deum, Christum est imitata. Sicut Columba, innoxia et virtutibus adornata, semper digna Christi fuit sponsa. In vita et post obitum, Serva Dei est sancta aestimata. Etsi clausura occuleretur, insignem memoriam sui relinquere valuit. Populus Dei continenter postulavit ut Ecclesia mulierem eam sapientem et fidelem, caritate perfectam virtutumque magistram agnosceret.

Quapropter Servae Dei instructa est Causa beatificationis et canonizationis. A die 1 mensis Iunii anno 1991 ad diem 20 mensis Septembris anno 1993 apud Curiam ecclesiasticam Capuanam Inquisitio dioecesana celebrata est, cui a die 19 mensis Iulii anno 1997 ad diem 1 mensis Novembris anno 1998 Inquisitio suppletiva est addita. Haec Congregatio de Causis Sanctorum iuridicam utriusque validitatem die 18 mensis Februarii anno 2000 decrevit. Positione exarata, consuetas secundum normas disceptatum est an Serva Dei theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico in gradu exercuisset. Peculiaris Consultorum Theologorum Congressus die 19 mensis Decembris anno 2019 faustum habuit exitum. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione die 4 mensis Maii anno 2021 congregati, Servam Dei professi sunt christianas virtutes heroum in modum excoluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Columbae a Iesu Hostia (in saeculo: Annae Antonillae Mezzacapo), Antistitae Monasterii*

Sanctae Teresiae Carmelitarum Discalceatorum Marthenisii, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

BRIXIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Antoniae Lesino, ex Instituto Saeculari vulgo «Piccola Famiglia Francescana» (1897-1962)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Deo nostri ipsius oblatio per vitam communionis in mundo, peculiaris est missio in Ecclesia instituti vulgo *Piccola Famiglia Francescana*, ad Deum intus animam hominis viventem omnibus in Christo Domino fratribus nuntiandum».

Sic Serva Dei Antonia Lesino Instituti vulgo *Piccola Famiglia Francescana* describebat charisma, quod ipsa per vota nuncupata in saeculo plane vivere studuit animamque suam "mysticam cellam" reddidit, in qua cotidie "Deo suo et omnibus" se iungeret.

Serva Dei ortum duxit Mediolani die 11 mensis Octobris anno 1897 atque in paroecia Sanctae Mariae Incoronatae, nomine Antoniae Emmae, Sacro Fonte est lustrata. In familia primam accepit institutionem. Iam a pueritia se proclivem ad precationem ostendit votaque religiosa privatim nuncupavit. Iuventutem degit matri saepe infirmae adsidendo opusque fabrile faciendo quadam in textrina.

Patrem Archangelum Mazzotti Ordinis Fratrum Minorum, postea Archiepiscopum Turritanum, cognovit, qui, eius spiritualis factus moderator, eam in pietatem franciscalem introduxit. Sequenti anno regulam Tertii Ordinis Sancti Francisci est professa nomenque Clarae sumpsit. In sequela Christi amplius progredi appetens, die 26 mensis Decembris anno 1932 se in Instituto vulgo *Piccola Famiglia Francescana* consecravit, quod Servus Dei Irenaeus Mazzotti Ordinis Fratrum Minorum condiderat. Undecim circiter per annos Serva Dei ipsius Instituti humilitatis et ministerii spiritum perstudiose vixit, interiorem vitam fervide coluit, iuxta mentem Vincentiae Stroppa confundatricis, penitus contemplativam. Serva Dei exemplo sorores aedificavit ac munere novitiarum magistrae quoque est functa.

Anno 1943, post matris eius obitum, inter Clarissas Trebiae in Umbria accipi postulavit. Vestem religiosam induit, nomen Clarae Iosephinae ab Infante Iesu suscepit atque simplicem professionem emisit. Mendicantis muneri perficiendo se alacriter tradidit. In Maius Valetudinarium Mediola-

nense tamen anno 1950 est recepta. Servo Dei Irenaeo Mazzotti suadente Abbatissaque Trebiana consentiente, numquam denuo in monasterium rediit. Institutum vulgo *Piccola Famiglia Francescana* iterum ingressa est, quod multum diligebat.

Serva Dei modestiae oboedientiaeque viam, ut ad usque perfectam imitationem Christi perveniret et cor suum ad omnes recipiendos amplificaret, elegit. Cum in Ecclesia nata esset, gratias Domino agebat, veritates fidei assidue meditabatur atque de iisdem ad alios, Evangelii nuntiandi proposito, loquebatur. In communione Iesu et Mariae, secundum Constitutiones Instituti illius temporis, tribus votis et sui ipsius ad sacerdotum sanctificationem offerendi votum adiunxit. Corporis animaeque dolores tolerare valuit, quos vitam ponebat. Ieiunium paenitentiamque egit, silentium meditationemque cupiebat.

Franciscale Coenaculum, quod "Maria Assumpta" appellabatur, Homis apud Brixiam ei est commissum, quod et ut Domus Mater Instituti erat, ad sorores recipiendas adhibita. Industriosa ac patiens, humillima officia complenda Serva Dei privilegia putabat. Paupertate et "laetitia perfecta" sorores horabatur ut sacrificia omnia, sicut dona a Deo, haberent. Indigentes adiuvandos navavit. Aegrotos visitabat et consolabatur verbis, solacio et curis, quas, ut experta quidem aegrotorum ministra, opportune praestare valebat. Quapropter ab omnibus probata est ac propter benignitatem suam admiratione adfecta. Subitanea morte, ob casum autoraedae, die 24 mensis Februarii anno 1962 Brixiae perivit.

Illam propter sanctitatis famam, quae in vita et post obitum Servam Dei circumdedit, eius Causa beatificationis et canonizationis est incepta. Apud Curiam ecclesiasticam Brixiensiem a die 25 mensis Iunii anno 1969 ad diem 17 mensis Ianuarii 1973 Processus Informativus est habitus, cui Inquisitio dioecesana suppletiva die 15 mensis Iunii anno 2006 est adiuncta. Utriusque validitas iuridica agnita est ab hac Congregatione de Causis Sanctorum per decretum diei 30 mensis Maii anno 2008. Positione exarata, disceptatum est, consuetam secundum normam, an Serva Dei christianas virtutes excoluisset in gradu heroico. Consultores Theologi die 26 mensis Maii anno 2020 votum adfirmativum protulerunt. Patres Cardinales et Episcopi, diei 18 mensis Maii anno 2021 Ordinaria in Sessione, Servam Dei professi sunt theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroum in modum exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die

declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servae Dei Antoniae Lesino, ex Instituto Saeculari vulgo "Piccola Famiglia Francescana", in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

SZEGEDIENSIS - CSANADIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Alexandri Bálint, Christifidelis laici et Patrisfamilias (1904-1980)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Vivo iam non ego, vivit vero in me Christus; quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me et tradidit seipsum pro me» (*Gal* 2, 20).

Educator, inquisitor, scriptor, ad curiam pertinens et rei publicae causa vexatus, Servus Dei Alexander Bálint verus fuit homo Dei, in quo haud communes virtutes patefactae sunt, habitum eius plane informantes.

Servus Dei die 1 mensis Augusti anno 1904 intra quandam agricolarum familiam ortus est, in loco v.d. *Szeged-Alsóváros*, in hodierna Hungaria. Superiora studia apud Clericos Regulares Pauperes Matris Dei Scholarum Piarum peregit atque Philologiae Hungaricae et Historiae doctoris gradum, summa cum laude consecutum, adeptus est in Universitate Szegediensi. Ad docendum licentia habita, apud Magisterium Regium Catholicum Szegediense magistri munere assumptus est, quo scriptis exquisitis magnique commodi eminuit. In Motu Catholico Nationis Iuvenum Agricolarum interesse incepit, Ecclesiae Doctrina Sociali inflatus. Anno 1934 in Facultate Litterarum Universitatis Studiorum Szegediensis docere inchoavit. Eodem anno Saram Magdalenam Németh cognovit, quam insequenti duxit uxorem. Flagrante bello, alumnorum benevolentiam, aequitatem, humanitatem excitabat, cuiusvis generis vexationes et discrimina ob stirpem improbans. Incursionis Germanicae tempore, ad persecutione vexatos eripiendos atque ad egenas familias iuvandas quoque se industriose tradidit. Iam clarum eius christiani catholici exemplum homines, in quos incurreret, penitus movebat.

Anno 1944 mulier eum deseruit atque matrimonii sententiam nullitatis obtinuit ac virum alterum adamavit, ex quo filium genuit. Quem ipsum post Servus Dei sibi uti filium adoptavit.

Popularibus Democraticis Christianis anno 1945 se adscripsit, quorum deinde Rector est factus et popularis legatus electus. Qua causa necnon ob

fidem suam, in invidiam regimini venit et docere prohibitus est, quamquam Professor Ordinarius Ethnographiae in eadem Universitate Szegediensi esset nominatus. Etiam instigatione est inique condemnatus anno 1965, inde cuiusquemodi vigilantiae subiectus. Abscedi coactus, plurimos libros de ethnographia religiosa edidit, qui postea opera potissima sunt habiti.

Saram Magdalenam Németh denuo tecto recepit, quae adversa adfecta erat valeditudine, eamque bonitate ac sui neglegentia curavit. Quae cum obiisset, ipse in morbum incidit. Autoraeda offensus, die 10 mensis Maii anno 1980 Budapestini perivit.

Servus Dei, simplici sinceraque humanitate ornatus, probitatis fideique specimen praebuit. Et in persecutionis tempore laici catholici officiis fidelis permanere valuit. Caritas in Deum, quae totius vitae eius fundamentum fuit et culmen, cotidiana actuositate fulgebat atque cogitationes, verba et mores eius semper finxit. Continenter humilis et pauper fuit, etsi summas intellectus virtutes haberet, promptus in egenos adiuvandos et adversariis percussoribusque ignoscere valuit. Se ipsum et omnia Divinae Providentiae committere solebat.

Permagno iam in vita aestimabatur. Statim post obitum, eius sanctitatis fama sponte increbuit, inter diversos ordines etiam diffusa est ac ultra Hungariae fines. Cum eiusdem incrementum, neque pluribus decenniis a morte eius exactis, numquam imminueret, Servi Dei statutum est Causam beatificationis et canonizationis incipi. De iuridica validitate Inquisitionis Dioecesanae, quae apud Curiam ecclesiasticam Szegediensem - Csanadiensem celebrata est a die 27 mensis Maii anno 2005 ad diem 8 mensis Augusti anno 2006, haec Congregatio de Causis Sanctorum adfirmative locuta est per decretum diei 8 mensis Maii anno 2009. Positione confecta, ut fieri solet disceptatum est an Servus Dei in gradu heroico virtutes christianas excoluisset. Consultores Theologi die 24 mensis Septembris anno 2020 vota sua protulerunt fausta. Patres Cardinales et Episcopi, Ordinaria in Sessione die 4 mensis Maii anno 2021 congregati, Servum Dei professi sunt theologales, cardinales iisque adnexas virtutes heroico more exercuisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die

declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis in gradu heroico Servi Dei Alexandri Bálint, Christifidelis laici et Patrisfamilias, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 22 mensis Maii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

ROTTENBURGENSIS - STUTGARDIENSIS

Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Ioannis Philippi Jeningen, Sacerdotis professi Societatis Iesu (1642-1704)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Ioannes Philippus Jeningen Dryopoli in Bavaria die 5 mensis Ianuarii anno 1642 ortum duxit. Quattuordecim annos natus, Societatem Iesu ingredi postulavit, at, obsistente patre, non est admissus. Dissensio illius septem annos provecta est, quibus progredientibus Venerabilis Servus Dei semper fidelis ac perseverans in proposito suo permansit. Societatem Iesu enim ingressus est anno 1663. Annis novitiatus, docendi opus gessit. Die 11 mensis Iunii anno 1672 sacro presbiterali ordine est auctus.

Ad v.d. *Ellwangen* oppidum pervenit et commissa est ei aedicula, Beatae Mariae Virgini dicata, quo populus peregrinari solebat. Peregrinorum increbrescente numero, ei concessum est novam ecclesiam condere apud montem v.d. *Schönenberg*, cuius pars aedicula esset. Ut missionarius proficisci cupiebat, ut vitam, si occasio fuerit, martyrio profunderet. Eius apostolicum opus attamen se in ruralibus missionibus circa *Ellwangen* continuit, propter quod admodum notus fuit. Loca regionesque visitabat, ad moralis catholicae vulganda praecepta religionemque provehendam. Apostolatus eius dioecesium Augustanae Vindelicorum, Constantiensis, Eystettensis ac Herbipolensis regionem tetigit. Fiducia in Providentiam, devotio erga Virginem Mariam magnaque pietas ad Eucharistiam actiones eius continenter informaverunt. Fides eius, haud communibus donis exornata, erat firma. Vera sanctitatis fama circumdatus, *Ellwangen* in oppido die 8 mensis Februarii anno 1704 obiit. Summus Pontifex sanctus Ioannes Paulus II eius heroicas virtutes die 21 mensis Decembris anno 1989 agnovit.

Beatificationis respectu, Causae Postulatio cuiusdam viri, uxorati atque duos liberos habentis, sanationem, miram aestimatam, huius Congregationis de Causis Sanctorum iudicio subiecit.

Vergente anno 1984, vir superiori abdominis dextera parte acribus doloribus laboravit, cum febri ardentissima, nausea et vomitu. Antibiotica et alia medicamenta ad dolorem minuendum ei sunt praescripta, sed ad nullam rem profuerunt. Primo die mensis Ianuarii anno 1985 eius vesica biliaris

chirurgicam per sectionem ablata est. In valetudinarii partem ad animum restituendum translatus et ventilatori mechanico nexus, res eius graves ac periculosae erant atque, novis vitiis insurgentibus, in peius mutare non desinebant. Ab *Ellwangen* oppido translatus est Ulmam. Cum gravis haemorrhagia digestiva prodivisset, sectio chirurgica altera est adhibita, quae autem minime exoptatum exitum habuit. Condiciones clinicae tam gravissimae manebant, ut nemo aegrotum convalescere ullo modo exspectaret. Curatio, quae adhuc adhibita erat, non ultra est commutata.

Die 1 mensis Ianuarii postrema quoque Sacramenta viro impertita erant atque a die illo familiares Venerabili Servo Dei Ioanni Philippo Jeningen, cuius devotionem propter locum et eius sancti clarique viri famam valde excolebant, preces peragere inceperunt. Invocatio eorum univoca et assidua fuit: et domi et per viam precabantur, tam in valetudinario quam in ecclesia. Alii propinqui se precationi eorum iunxerunt, in ecclesia vici v.d. *Westhausen* praesertim, ubi quoddam Venerabilis Servi Dei simulacrum continebatur. Itaque amplior ortus est hominum precationumque motus. Post quattuor ardentissimae constantis febris hebdomadas, necnon post tres hebdomadas a prima sectione peractas et unam ab altera, calor usque ad naturalem gradum deminuit. Die 24 mensis Ianuarii vir e veterno experrectus est, sponte spirabat atque cibis digestu facilioribus eum alere inceperunt. Valetudo inusitata celeritate confirmata est: vir ut solebat edere inchoavit, pervigilantem industriosumque se ostendebat, ullo sine cerebri detrimento, et denique, die 8 mensis Februarii anno 1985, cum ad sanitatem perductus putaretur, de valetudinario est demissus.

Concursus temporis et consequentia ergo patent, inter Venerabilis Servi Dei invocationem et viri sanationem, qui, naturali socialique vita pollens, sanus vixit.

De hac sanatione apud Curiam ecclesiasticam Rottenburgensem - Stutgardiensem a die 7 mensis Novembris anno 2011 ad diem 6 mensis Maii anno 2013 Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius haec Congregatio de Causis Sanctorum de iuridica validitate decretum die 7 mensis Novembris anno 2014 edidit. Medicorum Consilium, diei 23 mensis Ianuarii anno 2020 in sessione, sanationem celerem, perfectam ac constantem, necnon ex scientiae legibus inexplicabilem esse declaravit. Inde et Consultores Theologi die 14

mensis Ianuarii anno 2021 et Patres Cardinales et Episcopi die 1 mensis Iunii eiusdem anni congregati, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum adfirmativum protulerunt.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Francisco per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, hodierno die declaravit: *Constare de miraculo divinitus patrato per intercessionem Venerabilis Servi Dei Ioannis Philippi Jeningen, Sacerdotis professi Societatis Iesu, videlicet de celeri, perfecta ac constanti sanatione cuiusdam viri a "colecisti acuta alitiasica flemmonosa, grave sepsi, polmonite con insufficienza ventilatoria, emorragia digestiva da ulcera gastroduodenale, emobilia".*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 19 mensis Iunii a. D. 2021.

Marcellus Card. Semeraro
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Fabius Fabene
Archiep. tit. Faliscodunensis, *a Secretis*

ACTA DICASTERIORUM

DICASTERIUM PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Dicasterio pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Franciscus PP., per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit Praesules:

die 2 Iulii 2022. — Episcopali Ecclesiae Veronensi Exc.mum P.D. Dominicum Pompili, hactenus Episcopum Reatinum.

— Praelaturae territoriali Chotensi R.D. Victorem Aemilianum Villegas Suclupe, Ordinis Augustinianorum Recollectorum sodalem, hactenus Vicarium Provincialem in Peruvia.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Regianensi R.D. Alvarum Chordi Miranda, e clero dioecesis Victoriensis, hactenus in archidioecesis Sancti Iacobi in Chile Parochum, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 5 Iulii. — Archiepiscopali Ecclesiae Aquensi in Gallia Exc.mum P.D. Christianum Delarbre, e clero archidioecesis Auxitanae, hactenus Universitatis Catholicae Tolosanae Rectorem.

die 6 Iulii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Mustitanae in Numidia R.D. Petrum Przyborek, e clero archidioecesis Gedanensis, ibique hactenus Moderatorem Officii Dioecesani de rebus pastoralibus, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 7 Iulii. — Episcopali Ecclesiae Ruthenensi Exc.mum P.D. Lucam Meyer, e clero dioecesis Valleguidonensis, ibique hactenus Vicarium Generalem.

die 9 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae Montis Pessulani Exc.mum P.D. Norbertum Turini, hactenus Episcopum Elnensem.

die 12 Iulii 2022. — Episcopali Ecclesiae Novae Ulmae P.D. Caeddam Villelmum Zielinski, hactenus Episcopum dioecesis de Fairbanks.

die 13 Iulii. — Episcopali Ecclesiae de Punta Arenas Exc.mum P.D. Ansgarium Ferdinandum Blanco Martínez, O.M.D., hactenus Episcopum dioecesis Sancti Ioannis Baptistae de Calama.

die 15 Iulii. — Episcopum Coadiutorem Carcassonensem et Narbonensem Exc.mum P.D. Brunonem Valentin, hactenus Episcopum titularem Vasionensem et Auxiliarem dioecesis Versaliensis.

die 16 Iulii. — Titulari Episcopali Ecclesiae Tamadensi Exc.mum P.D. Franciscum Leo, e clero archidioecesis Marianopolitanae ibique Vicarium generalem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Episcopali Ecclesiae Malagensi - Soatensi R.D. Felicem Mariam Ramírez Barajas, e clero eiusdem dioecesis Malagensis - Soatensis, ibique hactenus Vicarium Generalem et Parochum.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Nisenae in Lycia R.D. Eligium Richardum Domínguez Martínez, e clero archidioecesis Sancti Christophori de Habana, ibique Rectorem Sanctuarii S. Lazari, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Episcopali Ecclesiae Placentinae in Hispania R.D. Ernestum Iesum Brotóns Tena, e clero archidioecesis Caesaraugustanae, hactenus Directorem Institutionis vulgo dictae «*Centro Regional de Estudios Teológicos de Aragón (CRETA)*».

— Archiepiscopum Coadiutorem archidioecesis Granadensis Exc.mum P.D. Iosephum Mariam Gil Tamayo, hactenus Episcopum dioecesis Abulensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Perusinae - Civitatis Plebis R.D. Ivanum Maffeis, e clero archidioecesis metropolitanae Tridentinae, hactenus ibique Parochum.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Nepesinae R.D. Valterum Eerbì, Nuntium Apostolicum, cum archiepiscopali dignitate.

die 21 Iulii. — Episcopali Ecclesiae Montis Politiani - Clusinae - Pientinae, unitae in persona Episcopi Metropolitanae Ecclesiae Senensi - Collensi -

Ilcinensi, Em.mum D.num Augustum Paulum S.R.E. Card. Lojudice, Archiepiscopum Metropolitam Senensem - Collensem - Ilcinensem.

die 23 Iulii 2022. — Episcopali Ecclesiae Metensi Exc.mum P.D. Philippum Ballot, hactenus Archiepiscopum Camberiensem ac Maurianensem et Tarantasiensem Episcopum.

die 29 Iulii. — Episcopali Ecclesiae Mazariensi R.D. Angelum Giurdanella, e clero dioecesis Netensis, ibique hactenus Vicarium Generalem.

die 3 Augusti. — Episcopali Ecclesiae Sancti Ioannis in Brasilia Exc.mum P.D. Iosephum Carolum Brandão Cabral, hactenus Episcopum Almenarensem.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sua Santità il Papa Francesco ha ricevuto in Udienza:

Mercoledì, 20 luglio, Le Loro Altezze Serenissime il Principe Albert II e la Principessa Charlene di Monaco;

Lunedì, 1° agosto, S.E. Ratu Wiliame Maivalili Katonivere, Presidente della Repubblica di Fiji.

Il Santo Padre ha compiuto un Viaggio Apostolico in Canada, nei giorni 24-30 luglio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Francesco ha nominato:

2 luglio 2022 S.R.E. Mons. Nicola Girasoli, Arcivescovo tit. di Egnazia Appula, finora Nunzio Apostolico in Perù, *Nunzio Apostolico in Slovacchia.*

7 » » S.R.E. Mons. Joseph Spiteri, Arcivescovo tit. di Serta, finora Nunzio Apostolico in Libano, *Nunzio Apostolico in Messico.*

16 » » Il Rev.do Mons. Walter Erbì, Consigliere di Nunziatura, elevandolo in pari tempo alla sede titolare di Nepi, con dignità di Arcivescovo, *Nunzio Apostolico in Liberia.*

» » » S.R.E. Mons. Paul Tschang In-Nam, Arcivescovo tit. di Amanzia, finora Nunzio Apostolico in Thailandia, Cambogia, Myanmar e Delegato Apostolico in Laos, *Nunzio Apostolico nei Paesi Bassi.*

20 » » S.R.E. Mons. Walter Erbì, Arcivescovo tit. eletto di Nepi, Nunzio Apostolico in Liberia, *Nunzio Apostolico in Sierra Leone.*

30 » » S.R.E. Mons. Santiago De Wit Guzmán, Arcivescovo tit. di Gabala, finora Nunzio Apostolico nella Repubblica Centrafricana e in Ciad, *Nunzio Apostolico in Trinidad e Tobago, Antigua e Barbuda, Belize, Grenada, Repubblica Cooperativistica della Guyana, Saint Kitts e Nevis, San Vincenzo e Grenadine, Suriname, e Delegato Apostolico nelle Antille.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Francesco ha nominato o confermato:

19 giugno 2022 L'Ill.mo Dott. Francesco Nunzio, finora Capo Ufficio nella Segreteria per l'Economia, *Vice Direttore dell'Ufficio del Fondo Pensioni «ad quinquennium».*

1 luglio » L'Ill.mo Prof. Vincenzo Buonomo, *Rettore Magnifico della Pontificia Università Lateranense «donec aliter provideatur».*

5 » » Il Rev.do Mons. Philippe Curbelié, finora Capo Ufficio nel Dicastero per la Cultura e l'Educazione, *Sotto-Segretario del Dicastero per la Dottrina della Fede «ad quinquennium».*

» » » S.E.R. Mons. Giuseppe Andrea Salvatore Baturi, Arcivescovo di Cagliari, *Segretario Generale della Conferenza Episcopale Italiana «ad quinquennium».*

12 luglio 2022 La Dott.ssa Christine Maria Grafinger, già Archivista Senior dell'Archivio della Biblioteca Apostolica Vaticana, *Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche «ad quinquennium»*.

» » » Gli Em.mi Sig.ri Card.li: Anders Arborelius, O.C.D., Vescovo di Stockholm (Svezia); Jose F. Advincula, Arcivescovo di Manila (Filippine); José Tolentino de Mendonça, Archivista e Bibliotecario di Santa Romana Chiesa; Mario Grech, Segretario Generale del Sinodo dei Vescovi; gli Ecc.mi Mons.ri, la cui nomina cardinalizia è stata recentemente annunciata: Arthur Roche, Prefetto del Dicastero per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti; Lazzaro You Heung-sik, Prefetto del Dicastero per il Clero; Jean-Marc Aveline, Arcivescovo di Marseille (Francia); Oscar Cantoni, Vescovo di Como (Italia); gli Ecc.mi Mons.ri Dražen Kutleša, Arcivescovo di Split-Makarska (Croazia), e Paul Desmond Tighe, Segretario del già Pontificio Consiglio della Cultura; il Rev.mo Padre Dom Donato Ogliari, O.S.B., Abate dell'Abbazia di San Paolo fuori le Mura e Amministratore Apostolico dell'Abbazia Territoriale di Montecassino (Italia); la Rev.ma Suora Raffaella Petrini, F.S.E., Segretario Generale del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano; l'Ill.ma Dott.ssa Maria Lia Zervino, Presidente dell'Unione mondiale delle Organizzazioni femminili cattoliche, *Membri del Dicastero per i Vescovi «ad quinquennium»*.

La Rev.ma Suora Yvonne Reungoat, F.M.A., già Superiora Generale delle Figlie di Maria Ausiliatrice, *Membro del medesimo Dicastero per i Vescovi «usque ad octogesimum annum aetatis»*.

NECROLOGIO

2	luglio	2022	Mons. Laurent Noël, Vescovo em. di Trois-Rivières (*Canada*).
4	»	»	Sua Em.za il Sig. Card. Claudio Hummes, O.F.M., del Titolo di S. Antonio da Padova in Via Merulana, Prefetto em. della Congregazione per il Clero.
7	»	»	Mons. Waldo Rubén Barrionuevo Ramírez, C.SS.R., Vicario Apostolico di Reyes (*Bolivia*).
8	»	»	Mons. George Jonathan Dodo, Vescovo di Zaria (*Nigeria*).
»	»	»	Mons. Angel Nacorda Lagdameo, Arcivescovo em. di Jaro (*Filippine*).
11	»	»	Mons. Joseph Mittathany, Arcivescovo em. di Imphal (*India*).
12	»	»	Mons. Ivo Fürer, Vescovo em. di Sankt Gallen (*Svizzera*).
16	»	»	Mons. José Guadalupe Galván Galindo, Vescovo em. di Torreón (*Messico*).
18	»	»	Mons. Egidio Caporello, Vescovo em. di Mantova (*Italia*).
»	»	»	Mons. José Diéguez Reboredo, Vescovo em. di Tui-Vigo (*Spagna*).
23	»	»	Mons. Venant Bacinoni, Vescovo em. di Bururi (*Burundi*).
26	»	»	Mons. Bruno Foresti, Arcivescovo-Vescovo em. di Brescia (*Italia*).
27	»	»	Mons. Paul Bertrand, Vescovo em. di Mende (*Francia*).
»	»	»	Mons. Luis Morgan Casey, Vescovo tit. di Mibiarca, già Vicario Apostolico di Pando (*Bolivia*).
30	»	»	Mons. Martin Luluga, Vescovo em. di Nebbi (*Uganda*).
31	»	»	Mons. Hubert Coppenrath, Arcivescovo em. di Papeete (*Tahiti*).
»	»	»	Mons. Hubertus Leteng, Vescovo em. di Ruteng (*Indonesia*).
2	agosto	»	Mons. Luis Augusto Castro Quiroga, I.M.C., Arcivescovo em. di Tunja (*Colombia*).
5	»	»	Mons. Reginald Michael Cawcutt, Vescovo tit. di Egabro, già Ausiliare di Cape Town (*Sud Africa*).